

Band X., Nr. 4407, Seite 159-160

Heinrich Imhof, Bürger zu Horb, überträgt der mittleren Sammlung in Horb ein Gut in Vollmaringen als Mitgift seiner Tochter Adelheid.

Horb, 1293. Juli 21.

In nomine domini. Amen. Noverint universi presentium inspectores, quod nos Heinricus dictus in Curia civis in Horwe frater Bertholdus filius meus canonicus in Madelberg et Adelheidis filia mea mansum nostrum situm in Volmaringen VII maldra siliginis duo maldra avene centum ova et duas gallinas annuatim solventem Liucgardi priorisse et medio conventui sororum penitentium sancti Francisci iuxta Neckarum in Horwe libere contulimus possidendum, cum idem conventus Adelheidim filiam meam predictam receperit propter deum, tali condicione adiecta, ut si notabiliter excesserit aut temere a conventu recesserit, nec nobis nec quibuscunque heredibus nostris de mansu predicto et eius attinentiis repetitio competat ullo modo.

Acta sunt hec anno domini MCC nonagesimo tertio, in conventu predicto, XII. kalendas Augusti, presentibus et in testimonium evocatis: fratre Ber. gardiano fratrum Minorum in Thuingen, fratre Ber. de Botebor¹ terminorio ibidem, domino Bertholdo plebano in Horwe, Walthero sculteto ibidem, H. dicto Willice, Wernhero de Althein et aliis fide dignis. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo civium in Horwe procuravimus roborari.

—

Textabdruck folgt dem Original.

Siegel abgegangen.

¹Großbottwar, Großbottwar, LB, bzw. Klienbottwar, Steinheim an der Murr, LB.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 46 U 318

Editionen:

Petrus: Suevia ecclesiastica, 447.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Horb

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Altheim Wohnplatz (7453)

Altheim, Horb am Neckar, FDS

Großbottwar Wohnplatz (980)

Großbottwar, LB

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Kleinbottwar Wohnplatz (1098)

Kleinbottwar, Steinheim an der Murr, LB

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, Tü

Vollmaringen Wohnplatz (6860)

Vollmaringen, Nagold, CW